

2 scilicet mihi proponebam, ex reliquiis magnam. Sed ea sunt consecuta, ut magis mirum sit accidere illa potuisse, quam nos non vidisse ea futura, nec, homines cum essemus, divinare potuisse. Equidem fateor meam coniecturam hanc fuisse, ut, illo quasi quodam fatali proelio facto, et victores communi saluti consuli vellent et victi suae; utrumque autem positum esse arbitrabar in celeritate victoris. Quae si fuisset, eandem clementiam experta esset Africa, quam cognovit Asia, quam etiam Achaia, te, ut opinor, ipso legato ac deprecatore. Amisissis autem temporibus, quae plurimum valent, praesertim in bellis civilibus, interpositus annus alios induxit, ut victoriam sperarent, alios, ut ipsum vinci contemnerent. Atque horum malorum omnium culpam fortuna sustinet; quis enim aut Alexandrini belli tantam moram huic bello adiunctum iri, aut nescio quem istum Pharnacem Asiae terrorem illaturum putaret? Nos tamen, in consilio pari, casu dissimili usi sumus: 3 tu enim eam partem petisti, ut et consiliis interesses et, quod maxime curam levat, futura animo prospicere posses; ego, qui festinavi, ut Caesarem in Italia viderem (sic enim arbitrabamur), eumque, multis honestissimis viris conservatis, redeuntem ad pacem 'currentem', ut aiunt, 'incitarem', ab illo

— *scilicet*, « naturalmente ». — *ex reliquiis*, cioè se fosse rimasta anche *imminuta et debilitata*.

2. *Sed ea*. Nella condizione in cui erano allora le cose, la nostra idea era giusta; quel che avvenne dopo, nessuno poteva prevederlo. Allude alla permanenza di Cesare in Alessandria e al *bellum Alexandrinum* a cui essa diede occasione. — *Equidem*, « io per me ». — *ut... vellent = ut... velle putarem*. Cfr. l'espressione comune *in eam opinionem adductus sum ut putarem*. — *quasi quodam fatali*, « per così dire, veramente fatale », cioè « voluta dal fato ». — *et... et*, « da un lato... dall'altro ». — *consuli = consulere*. Poteva dire anche *consultum*. — *suae*, « alla propria ». — *positum esse*, « (che) dipendesse », *in < da >*. — *si fuisset*, « se ci fosse stata ». — *Africa etc.*, cioè i Pompeiani che si trovavano in quelle regioni. — *deprecatore*, non sappiamo come. — *temporibus*, « le occasioni ». — *annus*, da Farsalo a questa lettera corse appunto un anno. — *ipsum vinci*, « il fatto stesso dell'esser vinti ». — *putaret*, « avrebbe mai creduto ». — *nescio quem istum*, dispregiativo: « cotesto oscuro (Farnace) ».

3. *Nos tamen*, ritorna al primo concetto *plus tibi praestare ipse debeo etc.* (§ 1). — *usi sumus*, « abbiamo avuto ». — *consiliis interesses*, come legato (di Cesare). — *sic enim*, « così... di poter fare », cioè di veder Cesare in Italia, subito dopo Farsalo. — *currentem etc.*, come si vede da *ut aiunt è*

longissime et absum et afui. Versor autem in gemitu Italiae et in urbis miserrimis querelis; quibus aliquid opis fortasse ego pro mea, tu pro tua, pro sua quisque parte ferre potuisset, si auctor adfuisset. Quare velim pro tua perpetua erga me benevolentia scribas ad me, quid videas, quid sentias, quid expectandum, quid agendum nobis existimes. Magni erunt mihi 4 tuae litterae; atque utinam primis illis, quas Luceria miseris, paruissem! sine ulla enim molestia dignitatem meam retinuissem.

XLVIII (XIV, 20).

Ser. de Venusino Kal. Oct. a. 707-47.

Tullius S. D. Terentiae suae.

In Tusculanum nos venturos putamus aut Nonis aut postridie. Ibi fac ut sint omnia parata (plures enim fortasse no-

espressione proverbiale. — *in gemitu*. Era scoppiata, nell'agosto 47, una rivolta di soldati nella Campania. — *urbis... querelis*. P. Dolabella, tribuno della plebe, propose una legge *de novis tabulis* (cioè per un totale o parziale condono dei debiti, i quali erano naturalmente registrati nelle *tabulae* o meglio nei *codices accepti et expensi*, ossia nel « libro mastro »). Ciò provocò tumulti; e avendo M. Antonio *magister equitum* (Cesare era *dictator*) fatto entrare in città i soldati, furono uccisi molti plebei (800 secondo Liv., *Epit.* 113). — *auctor*, « l'autorità suprema », ossia Cesare.

4. *Quare*. Dunque, in realtà, Cicerone chiede aiuto a Cassio, invece di *praestare ei plus* (§ 1). — *pro tua*, « secondo la tua... ». — *sentias*, « pensi ». — *expectandum etc.* Cicerone (12 agosto) aveva ricevuto da Cesare *litteras satis liberales*, come dice a Terenzia (*ad Fam.* XIV, 23, 12 agosto). In quella lettera aggiungeva: *et ipse* (Cesare) *opinionem celerius venturus esse dicitur*. *Cui utrum obviam procedam an hic cum expectem, cum constituero, faciam te certiore*. Questa incertezza di Cic. risulta anche da XLV. Ricordati anche la lettera a Celio XLII. — *primis*, quando Cassio seguì Pompeo fuori d'Italia. Ignoriamo però il contenuto di questa lettera. Probabilmente Cassio avrà consigliato Cic. a rimanere, o, per lo meno, a serbare l'assoluta neutralità (come lo consigliava Celio). — *dignitatem*. Infatti facendo come fece, la sua *dignitas* ci scapitò non poco.

Lettera XLVIII (XIV, 20). — *Venusino*. Ottenuto il consenso di Cesare, che aveva già veduto nel settembre, Cicerone si mise in viaggio per la sua

biscum erunt et, ut arbitror, diutius ibi commorabimur); labrum si in balineo non est, ut sit, item cetera, quae sunt ad victum et ad valetudinem necessaria. Vale. K. Oct. de Venusino.

XLIX (IX, 1).

Scr. Romae ex. a. 707-47 aut in. a. 708-46.

Cicero M. Varroni Sal.

1 Ex iis litteris, quas Atticus a te missas mihi legit, quid ageres et ubi esses, cognovi; quando autem te visuri essemus, nihil sane ex isdem litteris potui suspicari; in spem tamen venio adpropinquare tuum adventum: qui mihi utinam solacio sit! etsi tot tantisque rebus urgemur, ut nullam adlevationem quisquam non stultissimus sperare debeat; sed tamen

villa di Tusculum (Frascati). Dal territorio di Venosa scrisse questa lettera a Terenzia, nella quale è notevole il tono asciutto, tanto diverso da quello affettuoso delle altre. Siamo vicini al divorzio. — *labrum*, «vasca» o «tinnozza» (da *lav-abrum*). — *balineo* (o *balneo*) «stanza da bagno» in una casa privata. Invece *balineae (arum)* o *balneae*, «i bagni pubblici».

Lettera XLIX (IX, 1). — *Varroni*, M. Terenzio Varrone, nato nel 116 a. C. a Reate (Rieti) nella Sabina, fu proquestore di Pompeo nella guerra contro Sertorio (a. 76-72 a. C.), e legato del medesimo nella guerra piratica (a. 67 a. C.). Fu anche tribuno della plebe e edile curule. Amicissimo di Cicerone, lo appoggiò contro Clodio; cfr. *ad Att.*, II, 22, 4: *multa per Varronem nostrum agi possunt, quae, te urgente, erunt firmiora etc.* Fu, durante la guerra civile, posto a capo di due legioni nella Spagna meridionale, ma ne vide passare una dalla parte di Cesare. Alla battaglia di Farsalo non partecipò. Si riconciliò poi con Cesare; ma, morto questo, cominciarono per lui le persecuzioni di Antonio, dal quale fu proscritto. Ebbe salva la vita da Fufio Caleno (a. 43 a. C.); morì poi a 90 anni. Fu scrittore operosissimo; lasciò 74 opere in 620 libri, in cui si occupò di storia, di critica, di diritto, di eloquenza, grammatica, filosofia, agricoltura, geografia. Scrisse 150 libri di satire, in prosa e in versi, chiamate *satire menippèe*. Ci rimangono soltanto i libri 5-10 *de lingua latina* (in tutto eran 25) e tre libri *rerum rusticarum*; più alcune *sententiae*.

1. *ubi esses*, ora era a Tuscolo, dove aveva, anche lui, una villa. Un'altra ne aveva a Cuma (cfr. § 2). — *tuum adventum*, soggetto di *adpropinquare*. — *Qui... utinam = et utinam is* (cfr. *quod utinam*, dove però *quod* è congiunzione). — *solacio*, che caso è? — *etsi*, «se non che» (correttivo, come spesso *quamquam*). — *urgemur*, «sono oppresso». — *non stultissimus*, «che non sia un grande stolto».

aut tu potes me aut ego te fortasse aliqua re iuvare. Scito enim me, posteaquam in urbem venerim, redisse cum veteribus amicis, id est cum libris nostris, in gratiam; etsi non idecirco eorum usum dimiseram, quod iis suscenserem, sed quod eorum me suppudebat; videbar enim mihi, cum me in res turbulentissimas infidelissimis sociis demisissem, praeceptis illorum non satis paruisse. Ignoscunt mihi, revocant in consuetudinem pristinam teque, quod in eo permanseris, sapientiore quam me dicunt fuisse. Quam ob rem, quoniam placatis iis utor, videor sperare debere, si te viderim, et ea, quae premant, et ea, quae impendeant, me facile laturum. Quam ob rem, sive in Tusculano sive in Cumano ad te placebit sive, quod minime velim, Romae, dum modo simul simus, perficiam profecto, ut id utriusque nostrum commodissimum esse videatur.

L (IV, 14).

Scr. Romae ante Id. Apr. a. 708-46.

M. Cicero S. D. Cn. Plancio.

Binas a te accepi litteras Corcyrae datas, quarum alteris mihi gratulabare, quod audisses me meam pristinam dignitatem obtinere, alteris dicebas te velle, quae egissem, bene et felici-

2. *posteaquam etc.*, ciò accadde alla fine del 47 a. C. — *usum*, continua la metafora degli «amici» (cfr. *uti aliquo familiariter*). Dirai: «compagnia». Il genitivo *eorum* equivale a *cum iis*. Non è del buon uso classico un costrutto preposizionale dipendente da un sostantivo (*usus cum iis*). — *suppudebat*, cfr. *subrusticus*, X, 1. — *sociis*, sono i Pompeiani. — *illorum*, si riferisce ai libri. — *in eo permanseris*, Varrone non interruppe mai i suoi studi, nemmeno durante la guerra. Traduci: «vi (= in eo) sei rimasto fedele». — *utor*, cfr. la locuzione *uti aliquo amico* e altre simili, dove *utor* = «ho». Qui puoi dire: «ho fatto con loro la pace». — *ad te*, sottinteso *esse*. *Esse ad aliquem* = «essere in casa di uno». — *esse videatur = sit*.

Lettera L (IV, 14). — *Cn. Plancio*, cfr. Notizia I Ora, dopo la vittoria di Farsalo, era esule a Corcyra (Corfù).

1. *Corcyrae*, comunemente ablativo: *Corcyra*. — *obtinere*, «che io abbia recuperato». Distingui tra *obtinere* e *adipisci* (o *consequi*, *adsequi* e sim.). — *quae egissem*, allude al suo nuovo matrimonio con la pupilla Publilia.

8 FUCCHI, Cic. Epist.

citer evenire. Ego autem, si dignitas est bene de re publica sentire et bonis viris probare, quod sentias, obtineo dignitatem meam; sin autem in eo dignitas est, si, quod sentias, aut re efficere possis aut denique libera oratione defendere, ne vestigium quidem ullum est reliquum nobis dignitatis, agiturque praeclare, si nosmet ipsos regere possumus, ut ea, quae partim iam adsunt, partim impendent, moderate feramus, quod est difficile in eiusmodi bello, cuius exitus ex altera parte caedem ostendet, ex altera servitatem. Quo in periculo nonnihil me consolatur, cum recordor haec me tum vidisse, cum secundas etiam res nostras, non modo adversas, pertimescebam videbamque, quanto periculo de iure publico disceptaretur armis, quibus si ii vicissent, ad quos ego pacis spe, non belli cupiditate adductus accesseram, tamen intellegebam, et iratorum hominum et cupidorum et insolentium quam crudelis esset futura victoria, sin autem victi essent, quantus interitus esset futurus civium partim amplissimorum, partim etiam optimorum, qui me haec praedicentem atque optime

Terenzia, colpevole secondo Cic. di aver male amministrato, in sua assenza, il patrimonio, era stata da lui ripudiata. — *probare*, la frase *probare aliquid alicui* equivale a *efficere ut aliquid ab aliquo probetur*. Dunque: « fare approvare » o « fare accettare... le proprie opinioni », o anche: « incontrare l'approvazione (di)... ». — *in eo est... si possis*, « consiste... nel potere ». — *denique*, « almeno almeno ». — *agiturque praeclare, si...*, « il meglio che si possa ottenere è che... ». Cfr. *bene de eo actum est*, « è andata a finir bene per lui » e sim. — *bello*, cioè nella guerra Africana. — *ostendet*, « minaccia ». Congiuntivo in latino perchè *cuius = ut eius*. In altra lettera Cic. dichiara *extremum malorum omnium esse civilis belli victoriam*, per le stesse ragioni. Qual'è poi la parte che *ostendet caedem*?

2. *tum vidisse*, Cic. aveva già detto (*ad Att.*, VIII, 11, 2): *dominatio ab utroque* (cioè da Pompeo e da Cesare) *est, non id actum, beata et honesta civitas ut esset*. E poi (ivi): *genus illud Sullani regni iam pridem appetitur*. Cfr. anche *ad Att.*, IX, 10, 6, dove sono usati i verbi *sullaturio* e *proscripturio* (foggiati sopra *esurio* e sim.). — *quibus*, si riferisce ad *armis*. — *si ii vicissent*, cioè i Pompeiani. — *pacis spe*. Quanto sarà sincera questa dichiarazione? o non è probabile che Cic. fosse Pompeiano per simpatia? — *tamen*, dice così perchè, ad ogni modo, la vittoria dei Pompeiani era da lui desiderata. — *cupidorum*, s'intende « di potere ». — *amplissimorum*, « ragguardevoli », o per dottrina, o per ricchezza, o per qualsiasi altra ragione; *optimi* sono invece gli « ottimati », nel senso che la parola aveva a quei

consulentem saluti suae malebant nimium timidum quam satis prudentem existimari. Quod autem mihi de eo, quod egerim, 3 gratularis, te ita velle certo scio; sed ego tam misero tempore nihil novi consilii cepissem, nisi in reditu meo nihilo meliores res domesticas quam rem publicam offendissem. Quibus enim pro meis immortalibus beneficiis carissima mea salus et meae fortunae esse debebant, cum propter eorum scelus nihil mihi intra meos parietes tutum, nihil insidiis vacuum viderem, novarum me necessitudinum fidelitate contra veterum perfidiam muniendum putavi. Sed de nostris rebus satis vel etiam nimium multa. De tuis velim ut eo sis animo, quo 4 debes esse, id est, ut ne quid tibi praecipue timendum putes; si enim status erit aliquis civitatis, quicumque erit, te omnium periculorum video expertem fore; nam alteros tibi iam placatos esse intellego, alteros numquam iratos fuisse. De mea autem in te voluntate sic velim iudices, me, quibuscumque rebus opus esse intellegam, quamquam videam, qui sim hoc tempore et quid possim, opera tamen et consilio, studio quidem certe, rei, famae, saluti tuae praesto futurum. Tu velim et quid agas et quid acturum te putes facias me quam diligentissime certiore. Vale.

tempi, cioè di « conservatori », fedeli alle istituzioni, senza perciò appartenere per nascita alla classe dei patrizi. — *existimari*, in italiano puoi usare anche l'attivo, oppure: « ch'io avessi fama di... ».

3. *de eo quod egerim*, cfr. § 1 *quae egissem*. Comincia qui la seconda parte (*alteris* § 1), che è la risposta alla seconda lettera di Plancio. — *te ita velle*, « che questo è il tuo sentimento (*voluntas*) ». — *offendissem*, « avessi trovato ». — *eorum*, cioè Quinto Cicerone e il figlio di lui, che dopo Farsalo eran passati a Cesare. — *Sed... multa*, espressione ellittica come *hactenus* e sim. (sottint. *diximus*).

4. *praecipue*, cioè più di qualsiasi altro Pompeiano. — *status*, « una condizione stabile ». Meglio è far soggetto *civitas* e tradurre *erit* con una forma di « avere » o « trovarsi ». — *alteros*, i Cesariani. — *numquam*, Plancio rimase in buone relazioni coi Pompeiani. — *intellegam*, congiuntivo (non futuro). La proposizione fa parte integrale dell'*oratio obliqua*; cfr. poi *quamquam videam*. — *qui sim*, traduci come se fosse *quid sim*. — *quidem certe*, « se non altro poi... ».

LI (XIII, 13).

Ser. Romae a. 708-46.

Cicero Bruto Sal.

L. Castronius Paetus, longe princeps municipii Lucensis, est honestus, gravis, plenus officii, bonus plane vir et cum virtutibus, tum etiam fortuna, si quid hoc ad rem pertinet, ornatus; meus autem est familiarissimus, sic prosus, ut nostri ordinis observet neminem diligentius. Quare ut et meum amicum et tua dignum amicitia tibi commendo: cui quibuscumque rebus commodaveris, tibi profecto iucundum, mihi certe erit gratum. Vale.

LII (XIII, 78).

Ser. Romae ineunte a. 708-46.

M. Cicero Allieno Sal.

- 1 Democritus Sicyonius non solum hospes meus est, sed etiam, quod non multis contigit, Graecis praesertim, valde familiaris; est enim in eo summa probitas, summa virtus, summa in hospites liberalitas et observantia, meque praeter ceteros et colit et observat et diligit: eum tu non modo suorum civium,
2 verum paene Achaiae principem cognosces. Huic ego tantum

Lettera LI (XIII, 13). — *Bruto*, M. Bruto, discendente dall'antico Bruto che cacciò i Tarquini da Roma; Pompeiano fervente, riamiciato poi con Cesare, era ora a capo della Gallia Cisalpina. Fu poi nel 44 l'anima della congiura contro Cesare.

Lucensis, di Lucca. — *honestus*, « galantuomo ». — *ornatus*, « fornito », « dotato ». — *prosus* = *prorsus*. — *observet*, « coltiva », *diligentius*, « con più affetto ». — *commodaveris*, futuro anteriore, da sostituire, in italiano, col semplice. — *iucundum*, noi: « un piacere ».

Lettera LII (XIII, 78). — *Allieno*, Aulo Allieno, proconsole della Sicilia.

1. *Sicyonius*, di Sicione, nel Peloponneso. — *contigit*, « suol capitare », perfetto di consuetudine. — *est in eo*, « egli ha », oppure: « è uomo di... ». — *observat*, « serve ». — *principem*, aggiungi: « come ».

modo aditum ad tuam cognitionem patefacio et munio: cognitum per te ipsum, quae tua natura est, dignum tua amicitia atque hospitio iudicabis. Peto igitur a te, ut his litteris lectis recipias eum in tuam fidem, polliceare omnia te facturum mea causa. De reliquo, si, id quod confido fore, dignum eum tua amicitia hospitioque cognoveris, peto, ut eum complectare, diligas, in tuis habeas: erit id mihi maiorem in modum gratum. Vale.

LIII (V, 21).

Ser. Romae in. aut med. m. April. a. 708-46.

M. Cicero S. D. L. Mescinio.

Gratae mihi tuae litterae fuerunt; ex quibus intellexi, quod etiam sine litteris arbitrabar, te summa cupiditate adfectum esse videndi mei. Quod ego ita lubenter accipio, ut tamen tibi non concedam; nam tecum esse, ita mihi commoda omnia, quae opto, contingant, ut vehementer velim! Etenim, cum esset maior et virorum et civium bonorum et iucundorum hominum et

2. *munio*. Si dice *munire viam* per « aprire e lastricare una strada » ossia: « rendere una strada praticabile ». Qui per il concetto di « aprire » c'è già *patefacio*. Del resto, in italiano, la metafora non è molto accettata; noi diremmo soltanto « apro ». — *cognitum*, participio congiunto, da tradurre come se fosse ablativo assoluto. — *in tuam fidem*, « sotto la tua protezione ». — *complectare*, « (gli) voglia bene ».

Lettera LIII (V, 21). — *L. Mescinio*, cfr. *ad fam.*, XIII, 26 (a Servio Sulpicio, prefetto dell'Acaia): *L. Mescinius ea mecum necessitudine coniunctus est, quod mihi quaestor fuit* (cioè in Cilicia); *sed hanc causam quam ego, ut a maioribus accēpi, semper gravem duxi, fecit virtute et humanitate sua iustiore. Itaque eo sic utor, ut nec familiarius ullo nec libentius*. Il nome intero è L. Mescinio Rufo.

1. *ita... ut tamen etc.* Senso: « è bensì per me un gran piacere il saperlo, ma, ad ogni modo (*tamen*), in questo desiderio, io non ti sono inferiore (*concedam*, intransitivo). *Ita* significa dunque: « con questa condizione » o « restrizione ». Puoi tradurre: « se... tuttavia », trascurando *ut* e coordinando le due proposizioni. — *ita mihi etc.*, formula deprecativa, come p. es. *ita me dii ament*; qui segue anche *ut*. — *cum esset maior*, concessivo = *quamvis es. m.*, misto però con un senso anche temporale. Traduci: « anche quando avevo (prop. « vi era ») ». — *iucundorum*, « piacevoli », cioè coi quali si sta

amantium mei copia, tamen erat nemo, quicum essem libentius quam tecum, et pauci, quibuscum essem aequae libenter; hoc vero tempore cum alii interierint, alii absint, alii mutati voluntate sint, unum medius fidius tecum diem libentius posuerim quam hoc omne tempus cum plerisque eorum, quibuscum vivo necessario. Noli enim existimare mihi non solitudinem iucundiores esse, qua tamen ipsa uti non licet, quam sermones eorum, qui frequentant domum meam, excepto uno aut summum altero. Itaque utor eodem perugio, quo tibi utendum censeo, litterulis nostris, praeterea conscientia etiam consiliorum meorum. Ego enim is sum, quem ad modum tu facillime potes existimare, qui nihil umquam mea potius quam meorum civium causa fecerim. Cui nisi invidisset is, quem tu numquam amasti (me enim amabas), et ipse beatus esset et omnes boni. Ego sum, qui nullius vim plus valere volui quam honestum otium, idemque, cum illa ipsa arma, quae semper timueram, plus posse sensi quam illum consensum bonorum, quem ego idem effeceram, quavis tolerabili condicione pacem accipere malui quam viribus cum valentiore pugnare. Sed et haec et multa alia coram brevi tempore licebit.

3 Neque me tamen ulla res alia Romae tenet nisi expectatio rerum Africanarum; videtur enim mihi res in propinquum adducta discrimen. Puto autem mea non nihil interesse,

volentieri. — *hoc... tempore*, dopo Farsalo. — *medius fidius*, così si usa scrivere, invece di *me Dius Fidius* (sott. *iuvet*), propriamente: « mi aiuti Giove (*Dius*) Fidio », cioè il Dio della Fede. — *necessario*, « per forza » o « costretto »; o, volgendo la frase: « son costretto a vivere ». — *qua tamen ipsa*, « di cui del resto ». Bada alle negazioni! — *summum*, « al più »; *altero*, traduci con « due ».

2. *litterulis nostris*, « dei nostri modesti studi ». — *causa mea*, « per me ». — *cui = quod si mihi*. — *is*, allude a Pompeo che lo abbandonò a Clodio. — *idemque cum...*, « e quando poi... ». *Idem* serve, come al solito, ad aggiungere un nuovo predicato allo stesso soggetto (*ego*). — *arma*, non le armi di Cesare, ma, in generale, la guerra. — *effeceram*, a tempo del suo consolato. — *cum valentiore*, « col più forte ». Anche qui è da intendere in generale. Se non che, in realtà, il più forte (e Cicerone lo sapeva) era Cesare. — *licebit*, sott. *loqui*.

3. *in propinquum discrimen*, noi diciamo piuttosto: « vicina alla decisione ». *Adducta* = « giunta » o, semplicemente, « essere », che essendo retto da *videtur* si può anche omettere. — *mea*, uniscilo con *interesse*. —

quamquam id ipsum, quid intersit, non sane intellego, verum tamen, quicquid illinc nuntiatum sit, non longe abesse a consiliis amicorum. Est enim res iam in eum locum adducta, ut, quamquam multum intersit inter eorum causas, qui dimicant, tamen inter victorias non multum interfuturum putem. Sed plane animus, qui dubiis rebus forsitan fuerit infirmior, desperatis confirmatus est multum; quem etiam tuae superiores litterae confirmarunt, quibus intellexi, quam fortiter iniuriam ferres; iuvitque me tibi cum summam humanitatem etiam tuas litteras profuisse. Verum enim scribam: Teneiore mihi animo videbare sicut omnes fere, qui vitam ingenuam in beata civitate et in libera re p. viximus. Sed, ut illa secunda moderate tulimus, sic hanc non solum adversam, sed funditus eversam fortunam fortiter ferre debemus, ut hoc saltem in maximis malis boni consequamur, ut mortem, quam etiam beati contemnere debebamus, propterea quod nullum sensum esset habitura, nunc sic adfecti non modo contemnere debeamus, sed etiam optare. Tu, si me diligis, fruire isto otio tibi que persuade praeter culpam ac peccatum, qua semper caruisti et carebis, homini accidere nihil posse, quod sit horribile aut pertimescendum. Ego, si videbitur recte fieri posse, ad te veniam brevi; si quid acciderit, ut mutandum consilium sit, te certiore faciam statim: tu ita fac cupidus mei videndi sis, ut istinc te ne moveas tam infirma valetudine, nisi ex me prius quaesieris per litteras, quid te velim facere. Me velim, ut facis, diligas valetudinique tuae et tranquillitati animi servias.

id ipsum, è spiegato da *quid intersit*. Tutta la frase = « questo stesso interesse ». — *intersit inter*, bada al diverso significato che ha qui *intersit*. Diverso è pure, naturalmente, il costruito. — *fuerit*, « sarebbe stato ». — *quem etiam*, « anzi lo... ». — *iniuriam*, l'esilio, a cui Mescinio era stato condannato da Cesare. — *humanitatem*, « dignità d'uomo » o « sentimento della (tua) dignità ». — *litteras*, « studi ». — *teneiore*, « più debole » (contrapposto a *humanitas*). — *ingenuam*, ricorda che *ingenuus* significa: « uomo nato libero » (contrapposto a *servus*).

4. *moderate*, cioè senza abbandonarsi a una gioia eccessiva. Cfr. ORAZIO, *Odi*, II, 3, 1 sqq.: *Aequam memento rebus in arduis | servare mentem: non secus in bonis | ab insolenti temperatam | laetitia*. — *adversam... eversam*, gioco di parole. — *boni*, gen. partitivo retto da *hoc*. — *beati*, « nella felicità ». — *sic adfecti*, « nelle condizioni presenti ».

5. *infirmia valetudine*, abl. assoluto causale. — *servias*, « pensi ».

LIV (IV, 8).

Scr. Romae in. m. Sext. a. 708-46.

M. Cicero S. D. M. Marcello.

- 1 Neque monere te audeo, praestanti prudentia virum, nec confirmare, maximi animi hominem unumque fortissimum, consolari vero nullo modo. Nam, si ea, quae acciderunt, ita fers, ut audio, gratulari magis virtuti debeo quam consolari dolorem tuum; sin te tanta mala rei publicae frangunt, non ita abundo ingenio, ut te consoler, cum ipse me non possim. Reliquum est igitur, ut tibi me in omni re eum praebeam praestemque, et ad omnia, quae tui velint, ita sim praesto, ut me non solum omnia debere tua causa, sed posse quoque, etiam
- 2 quae non possim, putem. Illud tamen vel tu me monuisse vel censuisse puta vel propter benevolentiam tacere non potuisse, ut, quod ego facio, tu quoque animum inducas, si sit aliqua res publica, in ea te esse oportere iudicio hominum reque principem, necessitate cedentem temporibus; sin autem nulla sit, hunc tamen aptissimum esse etiam ad exulandum locum. Si enim

Lettera LIV (IV, 8). — *M. Marcello*, v. Notizia III.

1. *monere te*, « darti consigli ». — *virum*, « spirito ». Risolvi l'apposizione: « poichè sei » o « essendo tu uno spirito... », e aggiungi innanzi al complemento di qualità l'aggettivo « dotato ». — *maximi animi hominem*, « e un cuore magnanimo ». — *unumque*, rinforza il superlativo: « sopra ogni altro ». — *quae acciderunt*, allude alla disfatta dei conservatori. — *frangunt*, « abbattono ». — *me... cum praebeam praestemque*, « tale mi mostri e lealmente mi offra ». L'avverbio « lealmente » si ricava da *praestem*, perchè *praestare se* significa « mostrarsi quale si deve essere » cioè « amico », « favorevole », « onesto », o simili. Puoi anche dire, più liberamente, « ti offra l'opera mia ». — *ad omnia*, « per » o « in tutto ». — *sim praesto*, « sia a tua disposizione ». — *omnia debere*, « esser tenuto a tutto ».

2. *vel tu = tu vel*. Cfr. l'uso comune, specialmente in poesia, di *non ego etc.* — *monuisse*, « aver dato un consiglio ». — *censuisse*, « aver manifestato soltanto un'opinione ». — *ut*, spiega il pronome *illud* che anticipa questa proposizione, facendo da oggetto a *monuisse* etc. Nella traduzione ometterai *illud*, e risolverai questo *ut* come se dicesse *cum dico tibi ut = quando ti dico di...* — *animum inducas*, cioè *ut putes*. — *esse*, « vivere ». — *reque*, « e di fatto », antitesi a *iudicio hominum*. — *necessitate*, asindetico avversativo. — *temporibus*, « alle circostanze ». — *hoc dominatu*, allude alla signoria

libertatem sequimur, qui locus hoc dominatu vacat? sin qualemcumque locum, quae est domestica sede iucundior? Sed, mihi crede, etiam is, qui omnia tenet, favet ingeniis, nobilitatem vero et dignitates hominum, quantum ei res et ipsius causa concedit, amplectitur. Sed plura, quam statueram. Redeo ergo ad unum illud, me tuum esse; fore cum tuis, si modo erunt tui, si minus, me certe in omnibus rebus satis nostrae coniunctioni amorique facturum. Vale.

LV (IV, 13).

Scr. Romae post VI K. Sext. a. 708-46.

M. Cicero S. D. P. Figulo.

Quaerenti mihi iamdiu, quid ad te potissimum scriberem, ¹ non modo certa res nulla, sed ne genus quidem litterarum usitatum veniebat in mentem; unam enim partem et consuetudinem earum epistolarum, quibus secundis rebus uti solebamus, tempus eripuerat perfeceratque fortuna, ne quid tale

di Cesare, estesa ormai per tutto il mondo romano. — *qualemcumque*. Ordinariamente i composti con *-cumque* sono relativi; ma qui *qualiscumque* = « qualsiasi » o, come diciamo pur noi, « qualunque ». — *quae*, cioè *sedes*. — *is*, cioè Cesare. — *amplectitur*, « pregia », « onora ». — *plura*, cioè *scripsi*. — *si modo etc.*, « se pur saranno veramente tali ». Gli amici e i parenti di Marcello non si davano gran pensiero del suo ritorno in patria.

Lettera LV (IV, 13). — *Figulo*. P. Nigidio Figulo fu grammatico e filosofo pitagorico dottissimo. Scrisse, fra le altre cose, i *commentarii grammatici* e un libro *de Diis*; ma nulla si è di lui conservato. Aiutò Cicerone nella repressione della congiura di Catilina; si adoperò, durante la pretura (a. 58), per il suo richiamo dall'esilio. Ora era esule egli stesso, come Marcello, perchè pompeiano; e per quanto sperasse nella grazia di Cesare, morì senza averla ottenuta (a. 44). La presente lettera è una delle più importanti per la storia degli avvenimenti di quel tempo. Fu scritta subito dopo il ritorno di Cesare dall'Africa (26 luglio 46).

1. *Quaerenti*, participio congiunto, da risolvere in una concessiva: « per quanto io cercassi », anzi « io cerchi » (stile epistolare). — *certa res*, « argomento determinato ». — *genus... usitatum* « una delle solite lettere ». — *partem = genus, consuetudinem = usitatum*. Traduci variando un po' la forma, come nel testo. Come poi si vede dal contrapposto *triste quoddam*, allude qui al *genus iocosum et familiare*. — *tempus*, « la gravità degli avvenimenti ». — *eripuerat, perfecerat, relinquebatur*, tempi dello stile

scribere possem aut omnino cogitare: relinquebatur triste quoddam et miserum et his temporibus consentaneum genus litterarum; id quoque deficiebat me, in quo debebat esse aut promissio auxilii alicuius aut consolatio doloris tui. Quod pollicerer, non erat: ipse enim pari fortuna afflictus aliorum opibus casus meos sustentabam, saepiusque mihi veniebat in mentem queri, quod ita viverem, quam gaudere, quod viverem. Quamquam enim nulla me ipsum privatim pepulit insignis iniuria, nec mihi quicquam tali tempore in mentem venit optare, quod non ultro mihi Caesar detulerit, tamen nihilo minus eis conficior curis, ut ipsum, quod maneam in vita, peccare me existimem. Careo enim cum familiarissimis multis, quos aut mors eripuit nobis aut distraxit fuga, tum omnibus amicis, quorum benevolentiam nobis conciliarat per me quondam te socio defensor publica, versorque in eorum naufragiis et bonorum direptionibus nec audio solum, quod ipsum esset miserum, sed etiam id ipsum video, quo nihil est acerbius, eorum fortunas dissipari, quibus nos olim adiutoribus illud incendium extinguimus, et, in qua urbe modo gratia, auctoritate, gloria flourimus, in ea nunc his quidem omnibus caremus; obtinemus ipsius Caesaris summam erga nos humanitatem, sed ea plus

epistolare. Traduci come se dicesse *eripuit etc.* — *in quo debebat esse*, « che pur dovrebbe contenere ». — *non erat*, cioè *mihi*. — *sustentabam*, « sostengo » o anche: « finora ho sempre sostenuto ».

2. *privatim*, traduci con l'aggettivo « personale » da concordarsi con *iniuria*. Cic. non aveva da lagnarsi, ora, nè di essere stato condannato all'esilio nè alla confisca dei beni. — *pepulit*, « abbia colpito ». Cfr. *de Off.*, III, 41: *species utilitatis animum pepulit eius*. — *insignis*, noi diciamo piuttosto: « grave ». — *eis curis*, « da tali preoccupazioni ». — *ipsum*, accusativo di relazione, dipendente da *peccare*, e spiegato da *quod maneam in vita*. Dirai: « per questo solo, che... ». — *cum... tum*, « oltre che... anche ». — *per me... defensor r. p.*, « la difesa della repubblica da me fatta un tempo col tuo appoggio ». — *naufragiis*, in senso metaforico: noi « rovina ». Cfr. *Or.*, *Sat.*, II, 3, 18: *Postquam omnis res mea Ianum | Ad medium fracta est, aliena negotia curo | Excussus propriis*. Dove per altro si allude alla sola « rovina » finanziaria. — *incendium*, altra metafora, ma questa per indicare la congiura Catilinaria. — *in qua urbe... in ea*, anticipazione del pronome relativo. — *Obtinemus*, « abbiamo ». — *sed ea etc.* I commentatori citano *ad fam.*, IV, 9: *Omnia sunt misera in bellis civilibus... sed miserius nihil quam ipsa victoria...; multa enim victori eorum arbitrio, per quos vicit, etiam invito facienda sunt*.

non potest quam vis et mutatio omnium rerum atque temporum. Itaque orbus iis rebus omnibus, quibus et natura me et voluntas et consuetudo adsuefecerat, cum ceteris, ut quidem videor, tum mihi ipse displiceo. Natus enim ad agendum semper aliquid dignum viro nunc non modo agendi rationem nullam habeo, sed ne cogitandi quidem et, qui antea aut obscuris hominibus aut etiam sontibus opitulari poteram, nunc P. Nigidio, uni omnium doctissimo et sanctissimo et maxima quondam gratia et mihi certe amicissimo, ne benigne quidem polliceri possum. Ergo hoc ereptum est litterarum genus. Reliquum est, ut consoler et adferam rationes, quibus te a molestiis coner abducere. At ea quidem facultas vel tui vel alterius consolandi in te summa est, si unquam in ullo fuit. Itaque eam partem quae ab exquisita quadam ratione et doctrina proficiscitur, non attingam, tibi totam relinquam. Quid sit forti et sapienti homine dignum, quid gravitas, quid altitudo animi, quid acta tua vita, quid studia, quid artes, quibus a pueritia flouristi, a te flagitent, tu videbis; ego, quod intellegere et sentire, quia sum Romae et quia curo attendoque, possum, id tibi affirmo, te in istis molestiis, in quibus es hoc tempore, non diutius futurum, in iis autem, in quibus etiam nos sumus, fortasse semper fore. Videor mihi perspicere primum ipsius animum, qui plurimum potest, propensum ad salutem tuam (non scribo hoc temere: quo minus familiaris sum, hoc sum ad investigandum curiosior): quo facilius, quibus est iratior, respondere tristius

3. *agendi rationem*, « possibilità di agire ». — *sontibus*. Allude ai suoi avversari Crasso e Vatino, che nell'anno 54 a. C. egli fu costretto a difendere, per l'amicizia personale che aveva ormai con Cesare, nei loro processi. — *hoc... genus*. Ecco perchè non poteva scrivere a Figulo neppure una lettera di genere *severum et grave* per promettergli aiuto (cfr. § 1).

4. *Reliquum est*. Altro *genus litterarum*: anche questo *severum*, ma con lo scopo di *consolari dolorem*. — *in te... est*, l'hai... in te stesso; *si unquam etc.*, « se altri mai ». — *eam partem*, cioè tutti quei mezzi di conforto che vengono dalla filosofia. Appunto perciò ha detto prima *facultas consolandi... in te summa est*. Cfr. la prima nota su Nigidio. — *flouristi* « ti segnalasti ». — *tu*, accentuato: « vedrai tu ». — *curo*, qui è usato assolutamente: insieme con *attendo*, puoi tradurre « son qui al mio posto di guardia ». — *istis*, cioè dell'esilio; *his*, cioè in quelle *molestiae* che derivano dalle tristi condizioni dello stato.

5. *ipsius*, cioè di Cesare. — *respondere tristius*, « trattare più severa-

possit, hoc est adhuc tardior ad te molestia liberandum; familiares vero eius, et ii quidem, qui illi iucundissimi sunt, mirabiliter de te et loquuntur et sentiunt; accedit eodem vulgi voluntas vel potius consensus omnium. Etiam illa, quae minimum nunc quidem potest, sed possit necessest, res publica, quascumque vires habebit, ab iis ipsis, a quibus tenetur, de te propediem, mihi crede, impetrabit. Redeo igitur ad id, ut iam tibi etiam pollicear aliquid, quod primo omiseram. Nam et complectar eius familiarissimos, qui me admodum diligunt multumque mecum sunt, et in ipsius consuetudinem, quam adhuc meus pudor mihi clausit, insinuabo et certe omnis vias persequar, quibus putabo ad id, quod volumus, perveniri posse. In hoc toto genere plura faciam quam scribere audeo. Cetera, quae tibi a multis prompta esse certo scio, a me sunt paratissima. Nihil in re familiari mea est, quod ego meum malim esse quam tuum. Hac de re et de hoc genere toto hoc scribo parcius, quod te id, quod ipse confido, sperare malo, te esse usurum tuis. Extremum illud est, ut te orem et obsecrem, animo ut maximo sis nec ea solum memineris, quae ab aliis magnis viris accepisti, sed illa etiam, quae ipse ingenio studioque peperisti. Quae si colliges, et sperabis omnia optima et, quae accident, qualiacumque erunt, sapienter feres. Sed haec tu melius vel optime omnium; ego, quae pertinere ad te intellegam, studiosissime omnia diligentissimeque curabo tuorumque tristissimo meo tempore meritorum erga me memoriam conservabo.

mente > o <duramente >. — *voluntas*, < il sentimento >. — *possit*, assoluto, nel senso di < aver potenza >. Cic. sogna il ritorno della libertà! — *de te impetrabit*, < otterrà la grazia per te >.

6. *insinuabo*, intransitivo = *me insinuabo*. — *ad id quod volumus*, < al nostro scopo >. Perciò *vias*, benchè possa tradursi letteralmente conservando la metafora, equivale, per il concetto, al nostro < mezzi >. — *in hoc etc.*, < in tutto ciò >, < in tutto questo affare >. — *prompta*, < offerti > (cioè < gli aiuti >, *cetera* = < gli altri aiuti >), *paratissima*, < più che pronti >. — *nihil etc.* Si tratta dunque di aiuti finanziari.

7. *accepisti*, < apprendesti >. S'intende che i *magni viri* sono i filosofi. — *peperisti*, < ti creasti >, < ti foggiaisti >. — *Quae si = et si ea* (o *quod si ea*). — *melius*, cioè *nosti*.

LVI (IV, 7).

Scr. Romae post Id. Sext. a. 708-46.

M. Cicero S. D. M. Marcello.

Etsi eo te adhuc consilio usum intellego, ut id reprehendere non audeam, non quin ab eo ipse dissentiam, sed quod ea te sapientia esse iudicem, ut meum consilium non anteponam tuo, tamen et amicitiae nostrae vetustas et tua summa erga me benevolentia, quae mihi iam a pueritia tua cognita est, me hortata est, ut ea scriberem ad te, quae et salutis tuae conducere arbitrarer et non aliena esse ducerem a dignitate. Ego eum te esse, qui horum malorum initia multo ante videris, consulatum magnificentissime atque optime gesseris, praeclare memini; sed idem etiam illa vidi, neque te consilium civilis belli ita gerendi nec copias Cn. Pompei nec genus exercitus probare semperque summe diffidere; qua in sententia me

Lettera LVI (IV, 7). — *M. Marcello*, v. Notizia III. — Marcello era di famiglia plebea, ma dicevasi discendente dal vincitore di Siracusa. Dopo Farsalo egli stava in esilio volontario a Mitilene (nell'isola di Lesbo). Ottenuto il perdono di Cesare si accingeva a tornare in patria; ma fu ucciso, prima di partire, da P. Magio Cilone.

1. *Etsi... intellego etc.* Il periodo è composto così: *Etsi intellego*, protasi; *tamen... hortata est*, apodosi. Ora, siccome l'uno e l'altro membro sono molto complessi (*eo consilio ut, non quin... sed quod, ea sapientia ut*; e similmente l'apodosi) sarà opportuno sostituire la coordinazione alla subordinazione, considerando che ogni nesso concessivo (subordinato) equivale a un nesso avversativo (coordinato); cioè: < benchè io sappia... tuttavia l'affetto mi consiglia > equivale a: < so bene... ma l'affetto mi consiglia >. — *non quin = non quod (quò) non*, < non già perchè io non >. — *hortata est*, stile epistolare. — *ea scriberem*, < a scriverti tali suggerimenti > o anche, avverbialmente, < in tal modo >. — *conducere*, < giovare >.

2. *eum te esse qui*, noi diciamo semplicemente < tu >. — *praeclare* < benissimo >. — *idem etiam*, non basterebbe *idem*; perchè Cic. ha voluto dire prima, che < egli > oltre al *meminisse, vidit* (*idem* aggiunge un predicato nuovo a uno stesso soggetto), e poi che, fra altre cose, < vide > *etiam illa*. In italiano o si omette la traduzione di *idem*, o, in questo caso, si traduce letteralmente: < io medesimo >. — *ita gerendi*, cioè senza essere ancora (i Pompeiani) ben preparati. Cfr. CAES., *de bello civ.* I, 2. — *copias... genus exercitus*. Sebbene *copiae* abbia anche qui il solito significato di < truppe >, dal